



Occidens.

R

Z

a cella, b sacrarium, c tabulata, d uacans locus, e adis paries, f uestibulum, g conceptum, h murus templi.

Igitur hoc templum ita collocatum erat, ut eius uniuersum spaciū efficeretur quadratum, patens centenos in longum & in latitudinem cubitos. Ipsius templi longitudine erat ab oriente ad occidente latus. Cella, hoc est ea pars templi, que est ante penetrare, erat longa quadragesima cubitos, lata uiginti. Ei ad occidentem adiacebat sacrarium longum uiginti cubitos, pari latitudine. Cellam & sacrarium ambabant dextra simistraque singuli ordines tabulariorum, latitudine quaternū cubitorum: que porrò tabulariae ambulant utrinq; vacuo loco, quinque cubitos lato: quem vacuum locum cingebat murus senos cubitos crassus. Ita fiebat in longitudine cubitorum quinquaginta. Ad Latus autem septentrionale erat adis uestibulum uiginti cubitorum longitudine, uestibuli longitudine erat secundū adis latitudinem. Ita adis longitudine, ut & uestibuli longitudine, fiebat cubitorum septuaginta: quod non esset, nisi uestibulum esset à septentrione. A' videlicet pro uestibulo erat locus uacuus, tanta latitudine, quae uestibuli longitudine, uide licet cubitorum uiginti: quibus additam muri crassitudinem, que est utrinq; superiore ipsius pars, quinque cubitorum, fecit totius templi latitudinem cen-

tum cubitorum. Longitudo ita erat, ut cella efficeretur longa quadraginta cubitos, sacrarium uiginti. Ab occidente & ab oriente erat spaciū quatuor cubitorum, in quo in oriente erat porta: post id spaciū erat uacans locus, cubitorum quinq;. Addo utrinq; adis murum sex cubitos crassum: deinde templi murum, quinq;, scilicet in fastigio, propter contracturam: nam quod muro detrahitur, id templo attribuitur. Ita fit longitudine centum cubitorum. Iam ueniamus ad uatis interpretationem.

Vestibulum quinis utrinq; cubitis dimensus est.) Hoc est, uestibuli limē utrinq; erat crassum quinq; cubitos, ab i ad k, & ab l ad m. Cum autem murus templi, & murus adis, sint à fundamento crassi senos cubitos, detrahuntur liminibus singuli cubiti, qui tribuantur appendicibus transuersis, quarum appendicū spaciū non tribuantur uestibulo: alioquin uestibulum esset longitudinis uigintiū cubitorum. Ianua utraq; parte, hoc est, & interior & exterior: lata trinos cubitos, n o, & p q. Vestibuli longitudine uiginti cubitorum, & l: latitudine decem, r s. quamquam in Hebreo legitur undecim. Sed non esset latitudo dimidia longitudinis,

quod